

inters Xeriphia conduntur. Tandem vale. Scribo inter
tubas ac Tormenta, castrensi, ut vides, facundia, neque
librorum opes, uti par sit ad vos, qui libri estis, suppleta.
in Castris ad Gennepan. Offella. III. Iuli. ibid.

Bannio.

Amplissime Banni.

(311)

Si vales, male est quod promissa non impleas, aut Mersennus
saltem pacando quid me dicere porro aut facere oporteat,
indicare cessas. De Monochordio enim, cuius ad me
spes attinet, passum aequo ac tu silere, qui cum
sponte id pollicitus sis, par est ab invito ne extorqueam.
Musicae compendium qualecumque mihi ob Mersennum
per me Mersennus debet, et propter te, utriusque. Vide
quam fiducia nemini de tuis satisfacis, quo colore
mea enim pridem hic facundia defecit. Plane tibi
docei libros ex ipsa Gallia commodato missos puta
ut memineris tu quoque doni tui. Agnosces castrensi
in autore parem conditioni modestiam, utramque
non vulgarem, de sententiis quas tuetur passim
a vulgo remotas, tuam aliquando videre gestio.
Vale. Offella in Castris ad Gennepan. Postid: Id:
Sextil: CIOCCXLI.

ditissimus promissis Banni.

C. Huygenius.

Ewendelino.

Quam per me non steterit, Ewendeline clarissime, quod
voti te, per alium implendi, hactenus compotem non
facio, indicabit adscriptus dies epistolae, quam vides,
Clarissimi Golij, cuius ad te sine capite calcem mitto.
quia solum ad te nunc spectantem. et dabitur, ni
fallor occasio propediem, quam visurus totam sis
in argumento longe ab hac alieno, doctissime
versantem. Impresensiarum ei per πρεσβυτερον εχου
qui rescribere distuli, donec suppeteret quo legendi
nostrae tadium lenares; missas hanc praeterita facia
mus, et recipe ab eodem Golio tandem, doctum, disertum
candidumque ut scriptor est, ad vna interrogata
responsurum. Mihi vero si quid harum porro man
datum velis, eadem libertate injungito, quam te vel
Pateano, vel si quis illo magis εὐτιμος aut intimus
amicorum

(312)

amicorum

amicorum est, pro imperio uti existimo. Qui enim
 doctrinae atque ingenij votibus infimo cuique cedo,
 summos amicitiae legum observantia superabo, et obse-
 quio tam indefesso, quam virtuti tuae, meritisque
 et amori denique nostri largi debitis. De lapsu
 lapidis, quod me doces, volupe est et gratum. habes
 Galij quoque de tua sententiam. Sed a Marino Merseus
 discrepat. Idem enim ille Problemas tractavit
 quere, quod harmoniam Universalem inscripsit. lib. 2.
 Ingens volumen est, nec fortasse tibi visum, cuius
 si me paginas huc spectantes, et exscriptas transmittere
 vis, fiet sedulo et quam promptissime. Uterque
 Galilaei fundamento nitimini, de destinatione casus
 in ratione duplicata momentorum. Circa τὸ ὄτι,
 tamen ut jam dixi, dissentitis, neque ipsi quidem
 in designandis minutis, cum Galilaeo convenit.
 fortassis actum ago, et rei proidem nota indicium
 facio. in causa amos est, quem excusabis, si, quod
 rogo vicissim et constanter ames

Offellae 22. Aug. 1641.

Positus tuum
 C. H.

Nobilissime et Amplissime Domine

(313).

Exit fortasse in Praenica collibus non nemo, qui ante
 annos peno octodecim Belgicae tum Legationi operam
 Londini dantem, meminisset compellasse Musas
 vestras vicario Carmine, cum salutandi coram illas
 divas, quod otioso contigerat, facultas occupato non
 caretur. Utinamque res ceciderit, meruerat facti
 audacia non obliterari aliquot lustrorum inter-
 vallo. Atqui et successus respondit, et incaudito
 Poemati nobilium Poetarum multifaria rescriptione
 supra fidem humanitas. Eiusdem nunc fiducia
 fit, quod respondere compellantibus audeo. Ἢ
 ΠΡΟΤΕΛΕΣΙ, quos excitare tacitas et ignotas ausus
 fui, neque ad huc Batavae genti ovredisas. Adde
 quod rescribendi eorum nomine, quos allocuti estis
 non alienum a me officium videbatur. Ut quod
 Poetae condonare dubitetis, aequum sit ignoscere
 celsissimorum Principum negotia tractanti, et
 Illustrum cogitationum quotidiano interpreti. quo-
 cumque vultus me agnoscis aut contemnis vir
 Nobilissime